HENR·JOS·VOGELS

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE ET LATINE

PARS PRIMA
EVANGELIA ET ACTUS APOSTOLORUM

DÜSSELDORF
SCHWANN·DRUCKEREI UND VERLAG

225.033
.V64
V.1

Vogels, Henr. Jos.
Novum testamentum
graece et latine.

Date Due

Cardinal Spellman Library
St. Pius X Seminary
Graymoor, Garrison, N. Y.

DEMCO

225.X28
V879
V1

NOVUM TESTAMENTUM
GRAECE ET LATINE

PARS PRIMA:
EVANGELIA ET ACTUS APOSTOLORUM

Property of
Southern Evangelical Seminary
3000 Tilley Morris Road
Matthews, NC 28105

Fra. Hyacinth, S.A.
Fra. J. Romanus S.A.

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE ET LATINE

TEXTUM GRAECUM RECENSUIT, APPARATUM CRITICUM EX EDITIONIBUS ET CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLECTUM ADDIDIT, TEXTUM LATINUM EX VULGATA VERSIONE SIXTI V PONT. MAX. IUSSU RECOGNITA ET CLEMENTIS VIII AUCTORITATE EDITA REPETIIT

HENR. JOS. VOGELS

Southern Evangelical Seminary
3000 Tilley Morris Road
Matthews, NC 28105

PARS PRIMA:

EVANGELIA ET ACTUS APOSTOLORUM

BS1903 .V64 1922 v.1
Vogels, Heinrich Joseph, b. 1880.
Novum testamentum

DÜSSELDORF
L. SCHWANN, DRUCKEREI UND VERLAG

Ref
BS1903
.V64
1922
v.1

225.03
.V64
v.1

Imprimatur.

Coloniae, die 13. Martii 1922.

Dr. Vogt
Vicarius Generalis.

Copyright by L. Schwann, Düsseldorf 1922.

Alle Rechte vorbehalten.

PRAEFATIO EDITORIS

Haec editio Novi Testamenti Graeci, inprimis in usum eorum qui ad studium theologiae incumbunt eaque prima post longum temporis spatium a parte catholica secundum criticas quales nunc vigent rationes adornata, quo similior est et forma externa et dispositione editioni Nestleanae, quae per societatem Württembergensem ad libros divinos edendos conditam pervulgatur et cui quantum debeam ex ipsa huius libri specie apparet, eo magis meum esse opinor ostendere, qua re haec editio ab illa differat. Cum enim Nestleus novum textum qui dicitur receptum edere sibi proposuisset, factum est, ut ubicumque optimae quaeque editiones — Westcott-Hortianam[1]), Tischendorfianam[2]), Weissianam[3]) dico — inter se discrepant, plurum lectiones sequeretur, ego eum, quem principalem puto textum praebens ad formam quidem textus statuendam cum alias editiones tum eximium illum librum ab Hermanno de Soden anno MCMXIII editum assidue adhibui.

Sed cum fieri non possit, ut brevi praefatione exponam quibus causis adductus libellum in hunc ipsum quem cernis modum instituerim, unum hoc allaturus sum. Ac primum quidem apparet textum librorum sacrorum ex ipsis fontibus haustum strictim modo restitui posse diligentissime pervestigata et perspecta codicum memoria quae in nullis omnium gentium omniumque temporum litteris tam intricata et contorta est quam in libris sacris, quippe quibus nullus liber saepius editus, nullus diligentius et accuratius lectus sit. Nam cum ne Latinae quidem aut Syriacae quae dicitur Vulgatae stemma codicum confici possit singulis ramis et ramulis aliis alio tendentibus atque

---

1) The New Testament in the original Greek. The Text revised by B. F. Westcott and F. J. A. Hort, London and Cambridge 1895.

2) Novum Testamentum Graece, ed. C. Tischendorf, Ed. octava critica maior, Lipsiae 1869—1872.

3) Das Neue Testament. Textkritik. Untersuchungen u. Textherstellung von B. Weiß, Leipzig 1894—1900.

inter se artissime conexis, eum omnino tempus atque operam perdere necesse est, qui, qua ratione testes Graeci inter se cohaereant, perscrutari velit.

Deinde quamquam Hermanni illius de Soden magna editio inscribitur „Die Schriften des Neuen Testaments in ihrer ältesten erreichbaren Textgestalt, hergestellt auf Grund ihrer Textgeschichte“ tamen equidem non puto illum iure eo titulo uti. Nam traditionis Graecae historiam ille adeo non praebet, ut et ea, quae de Graecorum testimoniorum memoria proponit mihi potius coniecta ac ficta quam ex ipsis fontibus hausta videantur, et ea, quae de versionum historia disserit, mea quidem sententia minime perfecta mendorumque plena sint. Quod ut demonstretur, satis est ostendere ab illo Tatianum Arabicum, formam textus omnino recentem et quae magnam partem nihil nisi textum qui Peschitho dicitur exhibet, maxima ex parte primum textum illius operis, quod dicitur Diatessaron, existimari neque, quod E. Sellinus iam anno 1891 demonstravit — permultum ad illum librum valere Peschitho — infirmari aut respici. Mihi quidem ille rectius facturus fuisse videtur, si in illo libro perficiendo initium cepisset ab investiganda historia veterum versionum, quae coloribus ut ita dicam expressis textum Graecum quasi iam decolorem adeo superant, ut earum historia multo facilius atque certius perspici possit. Deinde si ille inquisisset num et quatenus vis versionum ad textum Graecum redundaverit, invenisset non solum ad codices duabus linguis scriptos, velut D in evangeliis et in actis apostolorum aut D E F G in epistolis Paulinis, sed etiam ad vetustissima omnium quae habemus testimonia textus Graeci ℵ et B sine ullo dubio versionem Latinam nonnihil valuisse[1]. Itaque A. Harnackium qui nuper[2] postulavit, ut qui textum Novi Testamenti constituturi sint, versiones magis adhibeant quam Westcott-Hort, B. Weiss et Herm. de Soden fecerunt, longe aliter iudicaturum fuisse puto, si historiae versionum investigandae operam dedisset, id quod ab aliis intento studio ne inceptum quidem esse apparet. Quod ad versiones lingua Latina scriptas attinet Ioannes de Soden in libro summa cum diligentia composito

[1]) Quod ad codicem ℵ attinet, confer quae scripsi in libello „Untersuchungen zur Geschichte der lateinischen Apokalypseübersetzung“, Düsseldorf 1920, p. 18. 31. 42.

[2]) Zur Revision der Prinzipien der neutestamentlichen Textkritik, Leipzig 1909.

grateque accepto (Das lateinische Neue Testament in Afrika zur Zeit Cyprians, Leipzig 1909) id studuit ut textum eius versionis quam Cyprianus secutus est, statueret. Cur autem dubitem versionem Africanam, quae dicitur, ab eo restitutam esse, iam in „Biblische Zeitschrift 1914, 251 sqq" demonstravi; nunc addo illum nobis per versus continuos meram Vulgatam versionem pro textu Cypriani apponere, cum perspicue appareat extremis capitibus tertii Evangelii codicis Colbertini cum Palatino collatis, in hunc codicem Palatinum non pauca e Vulgata superinducta esse. Ad hoc igitur tempus docti nulla alia ex causa in versiones veteres animum intenderunt nisi spe adducti se ibi meliores et vetustiores quam quae in codicibus Graecis traduntur formas textus inventuros esse. Utrum autem in antiquissimis et Latinis et Syriacis quas adipisci possumus versionibus Novi Testamenti etiam textus principalis ad fidem reddatur an certe apud Latinos versionis Vulgatae auctor errores eorum qui ante eum libros divinos traduxerunt, emendare voluerit, nondum diiudicatum est, nam nemo, ut nunc quoque utriusque factionis docti solent, satis habeat Vulgatam praesumpta quadam opinione despicere.

Mihi certe, dum ad hoc studium incumbebam, magis magisque persuasum est non solum Vulgatam, cuius textus editione Wordsworth-Whitiana[1]) optime redditur, multo pluris aestimandam esse quam veteres versiones Latinas, verum etiam has, ubi a Graecis discrepantes cum veteribus Syriacis congruunt, valde vetustam quidem formam, sed nusquam primam lectionem praebere. Neque nimium tribuendum est Vulgatae, id quod Fr. Brandscheidio[2]) vitio vertas, qui quamcumque lectionem Vulgatae testimonio codicis Graeci fulcire potest, hanc defendit. Nam et constat S. Hieronymum in retractando Novo Testamento non omnibus eandem libris curam et diligentiam impertivisse et ex re ipsa apparet eos Vulgatae locos qui a veteribus versionibus Latinis dissentiunt, certiora testimonia habendos esse quam qui cum illis consentiunt.

In eligendo apparatu critico cum ea quae ad rem pertinent affere studui, ut ostendam, ubi et quibus causis textus primus mutatus sit, tum nonnullas

---

[1]) Novum Testamentum D. N. Iesu Christi Latine, Oxonii 1889 sqq.

[2]) Novum Testamentum Graece et Latine ², Friburgi 1906.

lectiones nulla alia ex causa rettuli nisi ut perspiciatur, quam mirum in modum testes in unum locum conveniant, qua re ad historiam textus perscrutandam ingenia accendantur. Inprimis autem ex illis vetustissimis versionibus, Latina et Syriaca, quarum primordia procul dubio usque in medium alterum p. Chr. n. saeculum redeunt et saepe mirum quantum inter se consentiunt, plures quam in aliis apparatibus criticis fieri solet locos adnotavi. Praeterea ceteras versiones, Armeniacam, Saïdicam, Bohairicam, Aethiopicam, Gothicam non nisi occasione data adhibui. Multas vero huius editionis proprias res cognosces longiore demum et diligentiore studio ad apparatum criticum collato. Neque esse mihi videtur, quod argumentis confirmem Tatianum Arabicum a me ibi solum commemoratum esse, ubi a textu versionis Peschitho aberrat. Iisdem de causis omisi Firmicum Maternum aut Commodianum una cum Cypriano, in duobus prioribus Evangeliis Rehdigeranum una cum Vulgata, in actis apostolorum lectionarium g^2 aut Luciferum una cum Gigante, in Apocalypsi Orosium aut Cassiodorum una cum Cypriano, Cypriani codicis W interpolatorem una cum Tyconio affere, quod illae textus formae omnibus quos commemoravi locis, plane aut paene inter se congruunt, ita ut duorum testimonia in unum confluant.

Apparatum criticum nonnullorum librorum inprimis Apocalypseos aliquantum auxissem, si in hoc libro conscribendo uti potuissem libris meis et scriptis; quae cum Argentorati retinerentur, solum adiumentis maxime necessariis instructus hanc editionem confeci, in qua curanda, si totidem annos quot menses collocare mihi licuisset, fortasse ausus essem dedicare hunc libellum omnibus eis quibus gratias debeo, velut ordinibus theologicis Universitatum litterarum Bonnensis et Vratislaviensis, quae me Argentorato fugientem hospitio invitarunt aut parocho Neuhonrathensi, qui propinquos meos liberaliter recepit, aut familiaribus Collegii Leonini Bonnensis, quorum benignitate et cura usus otium cum aliqua utilitate consumere potui. Nunc autem mihi satis esse debet his omnibus hoc quoque loco tota mente gratias agere.

Praeterea valde obligatus sum beneficio Domini Dr. W. Tosetti Bonnensis qui mihi pergratum fecit, quod me in typis corrigendis adiuvit.

Scribebam Bonnae in festo circumcisionis Domini, a. 1920.

H. Vogels.

ALTERIUS EDITIONIS PRAEFATIO

Alterius editionis huius libri, qui multo benignius quam auctor speraverat, exceptus est, textus perpaucis, apparatus criticus multis locis mutatus est ita, ut omnium qui in libri censura scribenda aliquid commendaverunt, ratio, quantum fieri poterat, haberetur; cuius rei finis quidam factus est eo quod id egi et molitus sum, ne huius libri pretium in tantum augerem, ut non iam satisfieri posset usui eorum qui in studia theologica incumbunt.

Simul cum hac altera editione emittitur editio Graeco-Latina, in qua textus Vulgatae Sixto-Clementinae cum Graeco textu componitur. Quod autem in libri huius censura scribit quidam vir doctus, summa aestimatione mihi dignus „optandum sane ut ad textum Graecum mox versio Latina curis criticis edita accedere possit“ (Biblica 1921, 240): ne id ad effectum adduci possit, leges ecclesiae obstare dolendum est.

Iam praecipue gaudeo hoc quoque loco gratias agere amicis meis Ioanni Scharold Burghausensi necnon Carolo Weyman Monacensi, qui praefationem in Latinam linguam transtulerunt.

Bonnae, d. 25. Nov. 1921.

H. Vogels.

QUID SIBI VELINT SIGLA APPARATUS CRITICI

+ = addit, om. = omittit, > = invertit.

vers. (= versus), pon. (= ponit, ponunt), praem. (= praemittit), codd. (= codices), inc. (= incipit), fin. (= finis), al. (= alii), rep. (= repetit), simil. (= similiter) etc.

1° 2° 3° significat primum, secundum, tertium eiusdem generis in versu verbum.

Codices Graeci omnes citantur secundum Tischendorf-Gregory. In notandis codicibus litteris maiusculis scriptis retinebantur unciales (ℵ A B C D *Γ Δ* etc.) aut adhibebantur numeri praeposito 0 (038 etc.). Codices autem litteris minusculis scripti numeris (1. 2. 3 etc.) notantur. Prima vero manus insignitur asterisco codici apposito (ℵ*), emendatio posterior apposito c (B^{c} aut B^{corr}), lectio marginalis apposito mg aut m (47^{mg}, sy^{hm}).

Versio Latina siglum habet lat; vet. lat significat varios codices versionis veteris Latinae, quae antea Itala nominabatur, parvis litteris Latinis (a, b, c etc.) notatos, ut distinguantur a Vulgata (vg). lat^{pler} est maior numerus Latinorum, vet. lat^{pler} maior numerus veterum Latinorum. Textus versionis Vulgatae citatur secundum editionem Wordsworth-Whitianam, praeter quam interdum modo Clementina (vg^{cl}) affertur. Singulorum autem Vulgatae codicum (am = Amiatinus, cav = Cavensis, demid = Demidovianus, fuld = Fuldensis, gat = Gatianus, tol = Toletanus) perraro ratio habetur.

Versiones Syriacae inter se consentientes siglo sy notantur. Aliarum versionum occasione data afferuntur Armeniaca (arm), Saïdica (sa), Bohairica (bo), Aethiopica (aeth), Gothica (go).

Scriptorum nomina contracta pleraque explicatione non egent. Citantur autem e numero Graecorum:

Marcion, Iustinus, **Irenaeus** ($Iren^{lat}$ = versio Latina S. Irenaei), **Clemens** Alexandrinus, **Origenes**, **Eusebius** Caesareensis, **Epiphanius**, **Gregorius** Nyssenus, **Chrysostomus**, **Theodorus** Mopsuestenus;

e numero vero Latinorum:

Tertullianus, **Victor**inus Pettaviensis (Apoc.), **Cypr**ianus, **Rebapt** (auctor libri de rebaptismate), **Nov**atianus, **Lucif**er Calaritanus, Marius **Victor**inus (Gal., Phil., Eph.), **Hil**arius, **Priscill**ianus, **Ambrosiaster**, **Tyc**onius, **Opt**atus Milevitanus, **Nicet**as de Remesiana, **Ambr**osius, **Hier**onymus, **Aug**ustinus, **Pseudo-Aug**ustinus, **Sedul**ius, **Max**imus Taurinensis, **Vig**ilius Tapsensis, **Facundus**, **Cassiod**orus, **Prim**asius;

e numero Syrorum:

Tatianus (Diatessaron librum qui vocatur primum lingua Graeca conscriptum esse mihi persuasum est; Tat^{ephr} significat textum harmoniae testimonio S. Ephraemi confirmatum, Tat^{ar} autem est textus ille, cuius forma ex harmonia arabica ab A. Ciasca Romae 1888 edita petenda est), **Afr**aates, **Ephr**aemus, **Barsa**libi.

Evangelia

I. Codices graeci

- ℵ (von Soden δ 2, Gregory 01), Sinaiticus, saec. IV (?), Petersburg
- A (δ 4, 02), Alexandrinus, s. V, London
- B (δ 1, 03), Vaticanus, s. IV, Rom
- C (δ 3, 04), Ephraemi rescr., s. V, Paris
- D (δ 5, 05), Cantabrigiensis s. Bezae, s. VI, Cambridge
- E (ε 55, 07), Basileensis, s. VIII, Basel
- F (ε 86, 09), Boreelianus, s. IX, Utrecht
- G (ε 87, 011), Seidelianus I, s. IX/X, London
- H (ε 88, 013), Seidelianus II, s. IX/X, Hamburg, Cambridge
- K (ε 71, 017), Cyprius, s. IX, Paris
- L (ε 56, 019), Parisiensis, s. VIII, Paris
- M (ε 72, 021), Campianus, s. IX, Paris
- N (ε 19, 022), Purpureus, s. VI, Petersburg, Rom, London, Wien, Patmos
- P (ε 33, 024), Guelferbyt. rescr., s. VI, Wolfenbüttel
- Q (ε 4, 026), Guelferbyt. rescr., s. V, Wolfenbüttel
- R (ε 22, 027), Nitriensis rescr., s. VI, London
- S (ε 1027. 028), Vaticanus a. 949, Rom
- T (ε 5, 029), Rom, Coll. de prop. fide, s. V
- U (ε 90, 030), Nanianus, s. IX/X, Venedig
- W (ε 014, 032), Washington, s. V, Detroit, Michigan
- X (A³ 033), München, Univ. Bibl. s. IX/X
- Y (ε 073, 034), London, s. IX
- Z (ε 26, 035), Dublinensis rescr., s. V/VI, Dublin

Γ (ε 70, 036), Tischendorfianus, s. IX/X, Oxford, Petersburg
Δ (ε 76, 037), Sangallensis, s. IX/X, St. Gallen
Θ (ε 050, 038), Koridethi, s. VII/IX, Tiflis
Λ (ε 77, 039), Oxford, s. IX/X
Ξ (A 1, 040), Zacynthius rescr., s. VIII, London
Π (ε 73, 041), Petersburg, s. IX
Σ (ε 18, 042), Rossanensis, s. VI, Rossano
Φ (ε 17, 043), Beratinus, s. VI, Berat
Ψ (δ 6, 044), Athos, s. VIII/IX

1 (δ 254) Basel s. XII, 13 (ε 368) Paris XIII, 28 (ε 168) Paris XI, 33 (δ 48) Paris IX/X, 69 (δ 505) Leicester XV, 124 (ε 1211) Wien XII, 157 (ε 207) Rom XII, 213 (ε 129) Venedig XI, 346 (ε 226) Mailand XII, 472 (ε 1386) London XIII/XV, 543 (ε 257) London XII, 565 (ε 93) Petersburg IX/X, 579 (ε 376) Paris XIII, 700 (ε 133) London XI, 713 (ε 351) Wisbech XIII, 1241 (δ 371) Sinai XIII etc.

II. Vetus Latina

a Vercellensis, s. IV/V
a² Curiensis, s. V/VI (= n)
b Veronensis, s. V
c Colbertinus, s. XII, Paris
d Cantabrigiensis (cf. D)
e Palatinus, s. V, Wien
f Brixianus, s. VI, Brescia
ff¹ Corbeiensis I, s. X/XI, Petersburg
ff² Corbeiensis II, s. V, Paris
g¹ Sangermanensis I, s. VIII, Paris
g² Sangermanensis II, s. X, Paris
h Claromontanus, s. V, Rom
i Vindobonensis, s. V/VI
k Bobiensis s. IV/V, Turin
l Rehdigeranus, s. VII/VIII, Breslau
m Speculum Pseudo-Aug., s. VIII/IX Rom
n St. Gallen, s. V/VI (= a²)
o St. Gallen, s. VII
q Monacensis, s. VI/VII
r¹ Usserianus I, s. VI/VII, Dublin
r² Usserianus II, s. IX, Dublin
s Mailand, s. VI
t Bern, s. V/VI
aur Aureus, s. VI/VIII, Stockholm

III. Versio Syriaca

sy^{c} Codex syrus - Curetonianus
sy^{s} Codex syrus - Sinaiticus
sy^{pal} Lectionar. syro-palaestinense
sy^{p} Versio peschitho
sy^{h} Versio harclensis (sy^{hm} = nota marginalis huius versionis)

Actus apostolorum

I. Codices Graeci

ℵ A B C D cf. Evangelia
E (α 1001) Laudianus, s. VI, Oxford
G (α 1002) Petropolitanus, s. VII, Petersburg
H (α 6) Mutinensis, s. IX, Modena
K (1^{1}) Mosquensis, s. IX, Moskau
L (α 5) Angelicus, s. IX, Rom
P (α 3) Porfirianus rescr., s. IX, Petersburg
137 (α 364), s. XIII, Mailand etc.

II. Vetus Latina

d e cf. D E; m cf. Evangelia
g Gigas, s. XIII, Stockholm
h fragm. Floriacensia, s. VII, Paris
p Perpinianus, s. XIII, Paris
s fragm. Bobiensia, s. VI, Wien
t Lectionar. Toletan., s. XI, Paris
w Wernigerode, s. XV

III. Versio Syriaca

sy^{p} sy^{h} sy^{hm} cf. Evangelia

Epistolae Paulinae

I. Codices Graeci

ℵ A B C cf. Evangelia, K L P cf. Actus apostolorum
D (α 1026) Claromontanus, s. VI, Paris
E (α 1027) Sangermanensis, s. IX, Petersburg
F (α 1029) Augiensis, s. IX, Cambridge
G (α 1028) Boernerianus, s. IX, Dresden
H (α 1022) Euthalianus, s. VI, Athos etc.
M (α 1031) Wolfianus, s. IX, Hamburg, London

II. Vetus Latina

d e f g cf. D E F G
r fragm. Frisingensia, s. V/VI, München

III. Versio Syriaca
sy^{p} sy^{h} cf. Evangelia

Epistolae catholicae

I. Codices Graeci
cf. Actus apostolorum

II. Vetus Latina
m cf. Evangelia; h s cf. Actus apostolorum
ff Corbeiensis, s. X, Petersburg
q fragm. Monacensia, s. VI/VII

III. Versio Syriaca
sy^{p} sy^{h} cf. Evangelia

Apocalypsis

I. Codices Graeci
א A C cf. Evangelia; P cf. Actus apostolorum
Q (α 1070, B ap. Tischend.) Basiliano-Vatic., s. **X**, Rom

II. Vetus Latina
m cf. Evangelia; g h cf. Actus apostolorum

III. Versio Syriaca
sy^{h} cf. Evangelia.

INDEX

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ — Evangelium 1

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ — sec. Matthaeum . . 1

ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ — sec. Marcum 89

ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ — sec. Lucam 147

ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ — sec. Joannem 241

ΠΡΑΞΕΙΣ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ — Actus apostolorum 310

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΠΑΥΛΟΥ — Epistolae Paulinae . 402

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ — ad Romanos 402

ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α — ad Corinthios I 436

ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Β — ad Corinthios II 466

ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ — ad Galatas 488

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ — ad Ephesios 498

ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ — ad Philippenses 509

ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ — ad Colossenses . 517

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ Α — ad Thessalonicenses I 525

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ Β — ad Thessalonicenses II 531

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ Α — ad Timotheum I 535

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ Β — ad Timotheum II 543

ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ — ad Titum 549

ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ — ad Philemonem . . 553

ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ — ad Hebraeos 555

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΑΘΟΛΙΚΑΙ — Epistolae catholicae 579

ΙΑΚΩΒΟΥ — Jacobi 579

ΠΕΤΡΟΥ Α — Petri I 587

ΠΕΤΡΟΥ Β — Petri II 596

ΙΩΑΝΝΟΥ Α — Joannis I 602

ΙΩΑΝΝΟΥ Β — Joannis II 612

ΙΩΑΝΝΟΥ Γ — Joannis III 613

ΙΟΥΔΑ — Judae 614

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ — Apocalypsis Joannis 618

EVANGELIA
ET
ACTUS APOSTOLORUM

SANCTUM IESU CHRISTI
EVANGELIUM
SECUNDUM MATTHAEUM

1--17: L 3,23—38.

1 Liber generationis Iesu Christi filii David,
filii Abraham.
2 Abraham genuit Isaac. Isaac autem ge-
nuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, et
3 fratres eius. Iudas autem genuit Phares, et
Zaram de Thamar. Phares autem genuit
4 Esron. Esron autem genuit Aram. Aram
autem genuit Aminadab. Aminadab autem
genuit Naasson. Naasson autem genuit Sal-
5 mon. Salmon autem genuit Booz de Rahab.
Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed
6 autem genuit Iesse. Iesse autem genuit David
regem. David autem rex genuit Salomonem
7 ex ea, quae fuit Uriae. Salomon autem genuit
Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias
8 autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat.
Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem
9 genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham.
Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem ge-
10 nuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manas-
sen. Manasses autem genuit Amon. Amon au-
11 tem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iecho-
niam, et fratres eius in transmigratione Ba-

---

[1] 1 Par 17, 11. Gen 5, 1; 22, 18.
[2] Gen 21, 3; 25, 26; 29, 35.
[3—5] Rth 4, 18—22. 1 Par 2, 4—15.
[6] 2 Reg 12, 24.
[7—11] 1 Par 3, 10—16.
[11] Est 2, 6; 11, 4.

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ 1 1-17: L 3,23—38.
υἱοῦ Ἀβραάμ.
Ἀβραὰμ ἐγέννησεν τὸν Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ δὲ ἐγέν- 2
νησεν τὸν Ἰακώβ, Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰού-
δαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, Ἰούδας δὲ ἐγέν- 3
νησεν τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ,
Φαρὲς δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἑσρώμ, Ἑσρὼμ δὲ ἐγέν-
νησεν τὸν Ἀράμ, Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἀμι- 4
ναδάβ, Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ναασσών,
Ναασσὼν δὲ ἐγέννησεν τὸν Σαλμών, ˈ Σαλμὼν δὲ 5
ἐγέννησεν τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ, Βοὸζ δὲ ἐγέν-
νησεν τὸν Ἰωβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ, Ἰωβὴδ δὲ ἐγέν-
νησεν τὸν Ἰεσσαί, Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησεν τὸν Δαυὶδ 6
τὸν βασιλέα. Δαυὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησεν τὸν
Σολομῶνα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, Σολομὼν δὲ ἐγέν- 7
νησεν τὸν Ῥοβοάμ, Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησεν τὸν
Ἀβιά, Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἀσάφ, ˈ Ἀσὰφ δὲ 8
ἐγέννησεν τὸν Ἰωσαφάτ, Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησεν
τὸν Ἰωράμ, Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ὀζίαν, ˈ Ὀζίας 9
δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰωάθαμ, Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησεν
τὸν Ἄχαζ, Ἄχαζ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἑζεκίαν, ˈ Ἑζε- 10
κίας δὲ ἐγέννησεν τὸν Μανασσῆ, Μανασσῆς δὲ
ἐγέννησεν τὸν Ἀμώς, Ἀμὼς δὲ ἐγέννησεν τὸν
Ἰωσίαν, Ἰωσίας δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰεχονίαν καὶ 11
τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βα-

1,5 *βοες* ℵ B k, *βοος* C 33 | *6* om. *ο βασιλευς* ℵ B Γ 1. 71 g[1.2] k | *7* *αβιουδ* c q (g[1] k; cf. D Lc 3,23 sqq) | *8* *εγενν* 3o] + *τον οχοζιαν οχοζιας δε εγεννησεν τον ιωας ιωας δε εγεννησεν τον αμασιαν αμασιας δε εγεννησεν* sy[c] Afr (cf D Lc 3,23 sqq) | *10* *αμων* E K L al. a vg sy *11* *εγενν.*] + *τον ιωακειμ ιωακειμ δε* M U al.

12 *βυλῶνος. Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος*
Ἰεχονίας ἐγέννησεν τὸν Σαλαθιήλ, Σαλαθιὴλ δὲ
13 *ἐγέννησεν τὸν Ζοροβάβελ, Ζοροβάβελ δὲ ἐγέν-*
νησεν τὸν Ἀβιούδ, Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἐλια-
14 *κίμ, Ἐλιακὶμ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἀζώρ, ' Ἀζὼρ*
δὲ ἐγέννησεν τὸν Σαδώκ, Σαδὼκ δὲ ἐγέννησεν τὸν
15 *Ἀχίμ, Ἀχὶμ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἐλιούδ, ' Ἐλιοὺδ*
δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἐλεάζαρ, Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησεν
τὸν Ματθάν, Ματθὰν δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰακώβ,
16 *' Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μα-*
ρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός.
17 *Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ*
γενεαὶ δεκατέσσαρες, καὶ ἀπὸ Δαυὶδ ἕως τῆς
μετοικεσίας Βαβυλῶνος γενεαὶ δεκατέσσαρες, καὶ
ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ
γενεαὶ δεκατέσσαρες.
18 *Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν*
μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ
Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς εὑρέθη ἐν
19 *γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Ἰωσὴφ δὲ*
ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν καὶ μὴ θέλων αὐτὴν
παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐ-
20 *τήν. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγ-*
γελος κυρίου κατ᾽ ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ λέγων·
Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυίδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν
Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννη-
21 *θὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱόν,*
καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ
σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

---

16 **ιωσηφ ω μνηστευθεισα παρθενος μαριαμ εγεννησεν ιησουν τον λεγομενον χριστον** Θ 346. 543. 826. 828 a g^{1} k q (b c d sy^{c} arm), **ιωσηφ ω εμνηστευθη παρθενος μαριαμ εγεννησεν ιησουν τον λεγομενον χριστον** sy^{s} (Bars) | *18*⟩ **χριστου ιησου** B, om. **ιησου** lat sy^{c} | **γεννησις** E K L al. | **μνηστ.**] + **γαρ** E K L al. | *19* **ιωσηφ δε δικαιος ανηρ** Tat sy^{c} | **αυτην** 1^{o}] **μαριαμ** Tat sy^{cs} | *20* **γυναικα**] **μεμνηστευμενην** sy^{c}, om. **την γυναικα σου** Tat | **εν αυτη**] **εξ αυτης** b c f g^{1} r^{2} sy^{cs} | **κατ οναρ**] **δι οραματος νυκτος** sy^{c} (sy^{s}) | *21* **λαον αυτ.**] **κοσμον** sy^{c}

bylonis. Et post transmigrationem Baby- 12
lonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel
autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem 13
genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim.
Eliacim autem genuit Azor. ¹ Azor autem 14
genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim.
Achim autem genuit Eliud. ¹ Eliud autem 15
genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Ma-
than. Mathan autem genuit Iacob. Iacob 16
autem genuit Ioseph virum Mariae, de qua
natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Omnes itaque generationes ab Abraham 17
usque ad David, generationes quattuordecim:
et a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quattuordecim: et a transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quattuordecim.

Christi autem generatio sic erat: Cum 18
esset desponsata mater eius Maria Ioseph,
antequam convenirent, inventa est in utero
habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir 19
eius cum esset iustus, et nollet eam tradu-
cere: voluit occulte dimittere eam. Haec 20
autem eo cogitante, ecce Angelus Domini
apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili
David, noli timere accipere Mariam con-
iugem tuam: quod enim in ea natum est,
de Spiritu sancto est. pariet autem filium: 21
et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

---

12 1 Par 3, 17—19. 1 Esdr 3, 2.
18 L 1, 27. 35.
21 L 1, 31; 2, 21. J 4, 42. Act 4, 12.

Is 7,14 22 Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur
quod dictum est a Domino per Prophetam
23 dicentem: Ecce virgo in utero habebit, et
pariet filium: et vocabunt nomen eius Em-
manuel, quod est interpretatum Nobiscum
24 Deus. Exurgens autem Ioseph a somno,
fecit sicut praecepit ei angelus Domini, et
25 accepit coniugem suam. Et non cognoscebat
eam donec peperit filium suum primogenitum:
et vocavit nomen eius Iesum.

2 Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem
Iuda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab
2 oriente venerunt Ierosolymam, ' dicentes: Ubi
est qui natus est rex Iudaeorum? vidimus
enim stellam eius in oriente, et venimus ado-
3 rare eum. Audiens autem Herodes rex, tur-
4 batus est, et omnis Ierosolyma cum illo. Et
congregans omnes principes sacerdotum, et
Scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Chri-
Mich 5,1. 5 stus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Beth-
lehem Iudae: Sic enim scriptum est per
6 Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda,
nequaquam minima es in principibus Iuda:
ex te enim exiet dux, qui regat populum
meum Israel.

7 Tunc Herodes clam vocatis Magis dili-
genter didicit ab eis tempus stellae, quae
8 apparuit eis: et mittens illos in Bethlehem,

---

25 L 2, 7.
2 2 Mt 27, 11. 37; Num 24, 17.
5 J 7, 42.

Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν 22 Is 7,14.
ὑπὸ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· »ἰδοὺ 23
ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ
καλέσουσιν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ,« ὅ ἐστιν
μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. ἐγερθεὶς 24
δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἐποίησεν ὡς προσ-
έταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος κυρίου, καὶ παρέλαβεν
τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν 25
ἕως οὗ ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον·
καὶ ἐκάλεσεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς **2**
Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως,
ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱερο-
σόλυμα [1] *λέγοντες· ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς* 2
τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν
τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.
ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς Ἡρῴδης ἐταράχθη, καὶ 3
πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ, καὶ συναγαγὼν 4
πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ
ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶ-
ται. οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰου- 5 Mich 5,1.
δαίας· οὕτως γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου·
»καὶ σὺ Βηθλεέμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη 6
εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύ-
σεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου
τὸν Ἰσραήλ.«
Τότε Ἡρῴδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους 7
ἠκρίβωσεν παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινο-
μένου ἀστέρος, καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ 8

---

22 δια] + *ησαιου* Tat D al. sy^{cs} vet. lat | *23 καλεσεις* D | *24 την γυν. αυτου*] *μαριαμ* sy^{c}, *μαριαμ την γυν. αυτου* $\aleph^{c}$ sa bo r^{2} | *25* om. *ουκ εγινωσκ αυτην* k sy^{s}, *εξησεν καθαρως μετ αυτης* Tat sy^{c} | *ετεκεν υιον και εκαλ.* ℵBZ 1. 33. b c g^{1} k sy^{cs} | **2**,*4* om. *παρ αυτων* D Γ | *5* om. *αυτω* Tat a g^{2} q | *προφ.*] + *μιχαιου λεγοντος* 4 | *6 βηθλ. της ιουδαιας* D vet. lat sy | *ουδαμ.*] *μη* Tat D vet. lat | *εξελ.*] + *μοι* C K Γ al. (Mich. 5,2)

εἶπεν· πορευθέντες ἐξετάσατε ἀκριβῶς περὶ τοῦ
παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως
9 *κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. οἱ δὲ ἀκού-*
σαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ ὁ
ἀστήρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς
10 *ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. ἰδόντες*
δὲ τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.
11 *καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν εἶδον τὸ παιδίον*
μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες
προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυ-
ροὺς αὐτῶν προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν
12 *καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. καὶ χρηματισθέντες*
κατ᾽ ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, δι᾽
ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.
13 *Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος κυ-*
ρίου φαίνεται κατ᾽ ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ λέγων· ἐγερ-
θεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ,
καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως
ἂν εἴπω σοι· μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παι-
14 *δίον τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρ-*
έλαβεν τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς
Os 11,1. 15 *καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως*
τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν
ὑπὸ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· »ἐξ Αἰ-
γύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.«
16 *Τότε Ἡρῴδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν*
μάγων ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλεν
πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν
πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἀπὸ διετοῦς καὶ κατω-
τέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσεν παρὰ τῶν
Jer 31,15. 17 *μάγων. τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἰερεμίου*
18 *τοῦ προφήτου λέγοντος· »φωνὴ ἐν Ῥαμὰ ἠκού-*
σθη, κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ
κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελεν παρα-
κληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσίν.«

---

9 εσταθη ℵBCL al | *14* ο δε] + ιωσηφ vet. lat sy | *18* ηκουσθη] + θρηνος και CDEKL al. sy^cp (Jer. 31,15)

dixit: Ite, et interrogate diligenter de puero:
et cum inveneritis, renunciate mihi, ut et ego
veniens adorem eum. Qui cum audissent 9
regem, abierunt. et ecce stella, quam viderant
in oriente, antecedebat eos, usquedum veniens
staret supra, ubi erat puer. Videntes autem 10
stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Et 11
intrantes domum, invenerunt puerum cum
Maria matre eius, et procidentes adoraverunt
eum: et apertis thesauris suis obtulerunt ei
munera, aurum, thus, et myrrham. Et responso 12
accepto in somnis ne redirent ad Herodem,
per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

Qui cum recessissent, ecce angelus Do- 13
mini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge,
et accipe puerum, et matrem eius, et fuge in
Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi.
Futurum est enim ut Herodes quaerat puerum
ad perdendum eum. Qui consurgens accepit 14
puerum, et matrem eius nocte, et secessit in
Aegyptum: et erat ibi usque ad obitum He- 15 O 11,1
rodis: ut adimpleretur quod dictum est a
Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto
vocavi filium meum.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset 16
a Magis, iratus est valde, et mittens occidit
omnes pueros, qui erant in Bethlehem, et in
omnibus finibus eius a bimatu et infra se-
cundum tempus, quod exquisierat a Magis.
Tunc adimpletum est quod dictum est per 17 Jer 31,15
Ieremiam prophetam dicentem: Vox in Rama 18
audita est ploratus, et ululatus multus: Rachel
plorans filios suos, et noluit consolari, quia
non sunt.

---

[11] Ps 71, 10. 15. Is 60, 6.
[13] Ex 2, 15.

19 Defuncto autem Herode, ecce angelus Do-
mini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto,
20 dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem
eius, et vade in terram Israel: defuncti sunt
21 enim, qui quaerebant animam pueri. Qui
consurgens, accepit puerum, et matrem eius,
22 et venit in terram Israel. Audiens autem quòd
Archelaus regnaret in Iudaea pro Herode patre
suo, timuit illò ire: et admonitus in somnis,
Is 11,1; 53,2. 23 secessit in partes Galilaeae. Et veniens habi-
tavit in civitate, quae vocatur Nazareth: ut
adimpleretur quod dictum est per Prophetas:
Quoniam Nazaraeus vocabitur.
1—12: Mc 1,2—8. L 3,3—18. 3 In diebus autem illis venit Ioannes Bap-
2 tista praedicans in deserto Iudaeae, et dicens:
Poenitentiam agite: appropinquavit enim
Is 40,3. 3 regnum caelorum. Hic est enim, qui dictus
est per Isaiam prophetam dicentem: Vox
clamantis in deserto: Parate viam Domini:
4 rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioannes
habebat vestimentum de pilis camelorum, et
zonam pelliceam circa lumbos suos: esca
autem eius erat locustae, et mel silvestre.
5 Tunc exibat ad eum Ierosolyma, et omnis
6 Iudaea, et omnis regio circa Iordanem; et bapti-
zabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata
7 sua. Videns autem multos Pharisaeorum, et
Sadducaeorum venientes ad baptismum suum,
dixit eis: Progenies viperarum, quis de-
monstravit vobis fugere a ventura ira?
8/9 Facite ergo fructum dignum poenitentiae. Et
ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus

[20] Ex 4, 19 | [23] L 1, 26; 2, 39; 4, 16. J 1, 45. 46. Act 10, 38. Is 11, 1; 53, 2 (?) | 3 [1] J 1, 6. 7 | [4] 4 Reg 1, 8. Heb 11, 37 | [7] 12, 34; 23, 13—15 | [9] J 8, 33. 39. Rm 2, 28; 9, 7.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρῴδου, ἰδοὺ ἄγγελος 19
κυρίου κατ᾽ ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰ-
γύπτῳ ˈ λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον 20
καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν
Ἰσραήλ· τεθνήκασιν γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν
τοῦ παιδίου. ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβεν τὸ παι- 21
δίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ εἰσῆλθεν εἰς γῆν
Ἰσραήλ. ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει τῆς 22
Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐφο-
βήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δὲ κατ᾽ ὄναρ
ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐλ- 23 Is 11,1; 53,2
θὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ·
ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν ὅτι
Ναζωραῖος κληθήσεται.

1—12:
Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰω- 3 Mc 1,2—8. L 3,1—18.
άννης ὁ βαπτιστὴς κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς
Ἰουδαίας ˈ καὶ λέγων· μετανοεῖτε· ἤγγικεν γὰρ ἡ 2
βασιλεία τῶν οὐρανῶν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς 3 Is 40,3.
διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος· »φωνὴ
βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυ-
ρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.«
Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχεν τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ 4
τριχῶν καμήλου καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν
ὀσφὺν αὐτοῦ· ἡ δὲ τροφὴ ἦν αὐτοῦ ἀκρίδες καὶ
μέλι ἄγριον. Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱερο- 5
σόλυμα καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία καὶ πᾶσα ἡ περίχω-
ρος τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορ- 6
δάνῃ ποταμῷ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐξομολογούμενοι τὰς
ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων 7
καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα
αὐτοῦ εἶπεν αὐτοῖς· γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς
ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;
ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας· ˈ καὶ 8/9
μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· πατέρα ἔχομεν τὸν

---

23 ναζαρεθ CEKM al. vet. lat vg | ***του προφητου*** a b f ff^{2} k l sy | **3,***1* om. *δε* DEKL al. b ff^{1} g^{1} q | *6* om. ***ποταμω*** DEKL al. lat | om. *υπ αυτου* ℵ* | *7* om. ***αυ του*** ℵ* B Hil

*Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ
τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.*
10 *ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖ-
ται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν*
11 *ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. ἐγὼ μὲν ὑμᾶς
βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω
μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μού ἐστιν, οὗ οὐκ
εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς*
12 *βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· οὗ τὸ
πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν
ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς
τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ
ἀσβέστῳ.*

13—17: Mc 1,9—11. L 3,21.22. J 1,31—34.

13 *Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας
ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην τοῦ βαπ-*
14 *τισθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν
αὐτὸν λέγων· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισ-*
15 *θῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; ἀποκριθεὶς δὲ ὁ
Ἰησοῦς εἶπεν πρὸς αὐτόν· ἄφες ἄρτι· οὕτως γὰρ
πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιο-*
16 *σύνην. τότε ἀφίησιν αὐτόν. ' βαπτισθεὶς δὲ ὁ
Ἰησοῦς εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ
ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδεν τὸ πνεῦ-
μα τοῦ θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν, καὶ*
17 *ἐρχόμενον ἐπ᾽ αὐτόν· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐ-
ρανῶν λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπη-
τός, ἐν ᾧ εὐδόκησα.*

1—11: Mc 1,12.13. L 4,1—13.

4 *Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ
τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.*
2 *καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσεράκοντα καὶ νύκτας*

---

10 τας ριζας Tat vet. lat sy^{s} | *12* αποθ.] + αυτου BELUW al. | *15* αφιησιν (baptizavit c) αυτον] + και εβαπτισθη ο ιησους sy^{c}, + et cum baptizaretur (+ iesus g^{1}) lumen ingens (magnum g^{1}) circumfulsit (fulgebat g^{1}) de aqua ita ut timerent omnes qui advenerant (qui congregati erant g^{1}) a g^{1} (cf. Iust Tat Ev. Ebion.) | *16* om. αυτω ℵB sy^{cs} Hil Vig | om. και 3° ℵB lat | *17* λεγουσα] + προς αυτον D vet. lat sy^{cs} | ουτος εστιν] συ ει D sy$^{cs\,pal}$ | και ο αγαπητος sy^{cs}

Abraham. dico enim vobis quoniam potens
est Deus de lapidibus istis suscitare filios
Abrahae. Iam enim securis ad radicem arbo- 10
rum posita est. Omnis ergo arbor, quae non
facit fructum bonum, excidetur, et in ignem
mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua 11
in poenitentiam: qui autem post me venturus
est, fortior me est, cuius non sum dignus
calceamenta portare: ipse vos baptizabit in
Spiritu sancto, et igni. Cuius ventilabrum in 12
manu sua: et permundabit aream suam: et
congregabit triticum suum in horreum, paleas
autem comburet igni inextinguibili.

Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanem 13 13—17: Mc 1,9—11.
ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes 14 L 3,21.22 J 1,31—34
autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo
baptizari, et tu venis ad me? Respondens 15
autem Iesus, dixit ei: Sine modo: sic enim
decet nos implere omnem iustitiam. Tunc
dimisit eum. Baptizatus autem Iesus, con- 16
festim ascendit de aqua. et ecce aperti sunt
ei caeli: et vidit spiritum Dei descendentem
sicut columbam, et venientem super se. Et 17
ecce vox de caelis dicens: Hic est filius meus
dilectus, in quo mihi complacui.

Tunc Iesus ductus est in desertum a Spiri- 4 1—11: Mc 1.12.13.
tu, ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiu- 2 L 4,1—13.
nasset quadraginta diebus, et quadraginta

---

[10] J 15, 2. 6.
[11] J 1, 26. 27. 33. Act 1, 5; 11, 16.
[12] 13, 30.
[16] 1 Pt 4, 14. Ez 1, 1.
[17] 12, 18; 17, 5. 2 Pt 1, 17. Ps 2, 7. Is 42, 1.
4 [1] Heb 2, 18; 4,15. Ex 34, 28. 3 Reg 19, 8.

3 noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator
dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes
Dt 8,3 4 fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est:
Non in solo pane vivit homo, sed in omni
5 verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assump-
sit eum diabolus in sanctam civitatem, et
Ps 90,11 12. 6 statuit eum super pinnaculum templi, et
dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum.
Scriptum est enim: Quia angelis suis manda-
vit de te, et in manibus tollent te, ne forte
Dt 6,16. 7 offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi
Iesus: Rursum scriptum est: Non tentabis
8 Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit
eum diabolus in montem excelsum valde: et
ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam
9 eorum, ' et dixit ei: Haec omnia tibi dabo, si
Dt 6,13. 10 cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Iesus:
Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum
11 Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Tunc
reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesse-
runt, et ministrabant ei.
12—17: Mc 1.14.15. L 4,14.15. 12 Cum autem audisset Iesus quòd Ioannes
13 traditus esset, secessit in Galilaeam: et, re-
licta civitate Nazareth, venit, et habitavit in
Capharnaum maritima, in finibus Zabulon, et
Is 8,23; 9,1. 14 Nephthalim: ut adimpleretur quod dictum est
15 per Isaiam prophetam: Terra Zabulon, et
terra Nephthalim, via maris trans Iordanem,
16 Galilaea gentium ' populus, qui sedebat

---

[5] 27, 53.
[11] 26, 53. L 22, 43. J 1, 51. Heb 1, 6. 13.
[14] J 7, 52.

τεσσεράκοντα ὕστερον ἐπείνασεν. καὶ προσελ- 3
θὼν αὐτῷ ὁ πειράζων εἶπεν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ,
εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. ὁ δὲ ἀπο- 4 Dt 8,3
κριθεὶς εἶπεν· γέγραπται· »οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ
ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκ-
πορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ.« Τότε παραλαμ- 5
βάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ
ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, καὶ 6 Ps 90,11.12.
λέγει αὐτῷ· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν
κάτω· γέγραπται γὰρ ὅτι »τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ
ἐντελεῖται περὶ σοῦ καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσίν σε,
μή ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.«
ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· πάλιν γέγραπται· »οὐκ ἐκ- 7 Dt 6,16.
πειράσεις κύριον τὸν θεόν σου.« Πάλιν παρα- 8
λαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν,
καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσ-
μου καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ταῦτα 9
σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.
τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὕπαγε, σατανᾶ· γέ- 10 Dt 6,13.
γραπται γάρ· »κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις
καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.« Τότε ἀφίησιν αὐτὸν 11
ὁ διάβολος, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον καὶ
διηκόνουν αὐτῷ.

12—17: Mc 1,14.15 L 4,14.15.

Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη ἀνεχώρησεν 12
εἰς τὴν Γαλιλαίαν. καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ 13
ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καφαρναοὺμ τὴν παρα-
θαλασσίαν ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ·
ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἠσαΐου τοῦ προ- 14 Is 8,23; 9,1
φήτου λέγοντος· »γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφ-
θαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, 15
Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ' ὁ λαὸς ὁ καθήμενος 16

4,*3 ειπεν*] + *αυτω* D a b c g^{1} h sy$^{cs pal}$ | *4* om. *αλλ — θεου* k, om. *εκπορ. δια στομ. θεου* D b g^{1} sy^{pal} | *5 ιστησιν* EKLM al. | *6 περι σου*] + *του διαφυλαξαι σε* Tat a sy^{s} | *9 ειπεν*] *λεγει* EKLM al. | *10 υπαγε*] + *οπισω μου* DELM al. vet. lat sy$^{c(s)}$ | *11 διαβολος*] + *αχρι καιρου* Tat sy^{cs} | *12 ναζαρα* BZ 33 k | *13 καπερν.* CEKL al. | *15 ιορδ.*] + *ποταμου* Tat sy^{cs}

*ἐν σκότει φῶς εἶδεν μέγα, καὶ τοῖς καθημέ-
νοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν
αὐτοῖς.«*
17 *Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν καὶ λέ-
γειν· μετανοεῖτε· ἤγγικεν γὰρ ἡ βασιλεία τῶν
οὐρανῶν.*

18-22: Mc 1,16—20. L 5,1—11. J 1,40 s.

18 *Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλι-
λαίας εἶδεν δύο ἀδελφούς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον
Πέτρον καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλον-
τας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· ἦσαν γὰρ*
19 *ἁλιεῖς. καὶ λέγει αὐτοῖς· δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ*
20 *ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. οἱ δὲ εὐθέως*
21 *ἀφέντες τὰ δίκτυα ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ προ-
βὰς ἐκεῖθεν εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφούς, Ἰάκω-
βον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελ-
φὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ
πατρὸς αὐτῶν καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν·*
22 *καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς. οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ
πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν ἠκολούθησαν αὐτῷ.*

Mc 1,39. L 4,15.44.

23 *Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν,
διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν καὶ κηρύσ-
σων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας καὶ θερα-
πεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ*
24 *λαῷ. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν
Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς
κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συν-
εχομένους καὶ δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζο-
μένους καὶ παραλυτικούς, καὶ ἐθεράπευσεν αὐ-
τούς.*
25 *Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ
τῆς Γαλιλαίας καὶ Δεκαπόλεως καὶ Ἱεροσο-
λύμων καὶ Ἰουδαίας καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.*

---

16 σκοτια $\aleph^{c}$ B D W | ειδον μεγα οι καθημενοι D vet. lat | om. χωρα και Tat a c k sy^{c} (cf. Afr sy^{s}) | *17* om. μετανοειτε et γαρ k sy^{cs} | *18* περιπατων] παραγων D vet. lat sy^{s} | *23* om. ο ιησους B 157 k sy^{c} | *24* εθεραπευσεν (D a b c g^{1} h sy$^{cs\,pal}$ *praem.* παντας)] + ενι εκαστω αυτων τας χειρας επιθεις Tat sy^{cs}

in tenebris, vidit lucem magnam: et sedenti-
bus in regione umbrae mortis, lux orta est eis.
Exinde coepit Iesus praedicare, et dicere: 17
Poenitentiam agite: appropinquavit enim reg-
num caelorum.
Ambulans autem Iesus iuxta mare Gali- 18 13—22:
laeae, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Mc 1,16—20. L 5,1—11.
Petrus, et Andream fratrem eius, mittentes J 1,40 s
rete in mare, (erant enim piscatores) [1] et ait 19
illis: Venite post me, et faciam vos fieri pisca-
tores hominum. At illi continuo relictis retibus 20
secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios 21
duos fratres, Iacobum Zebedaei, et Ioannem
fratrem eius in navi cum Zebedaeo patre
eorum, reficientes retia sua: et vocavit eos.
Illi autem statim relictis retibus et patre, 22
secuti sunt eum.
Et circuibat Iesus totam Galilaeam, docens 23 Mc 1,39. L 4,15 44
in synagogis eorum, et praedicans evangelium
regni: et sanans omnem languorem, et omnem
infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in 24
totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male
habentes, variis languoribus, et tormentis
comprehensos, et qui daemonia habebant, et
lunaticos, et paralyticos, et curavit eos:
et secutae sunt eum turbae multae 25
de Galilaea, et Decapoli, et de Ierosо-
lymis, et de Iudaea, et de trans Iordanem.

---

[17] 3, 2.
[19] 13, 47. Ez 47, 10.
[20] 19, 27.
[23] Act 10, 38.
[24] Mc 6, 55.
[25] Mc 3, 7. 8. L 6, 17.

c 5—7: L 6,20—49. 5 Videns autem Iesus turbas, ascendit in
montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum
2 discipuli eius, et aperiens os suum docebat
eos dicens:
3 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum
est regnum caelorum.
4 Beati mites: quoniam ipsi possidebunt
terram.
5 Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
6 Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam:
quoniam ipsi saturabuntur.
7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.
8 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum
videbunt.
9 Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.
10 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum
caelorum.
11 Beati estis cum maledixerint vobis, et
persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum
12 adversum vos mentientes, propter me: gaudete, et exultate, quoniam merces vestra
copiosa est in caelis. sic enim persecuti sunt
prophetas, qui fuerunt ante vos.
13 Vos estis sal terrae. Quòd si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra,
nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab
14 hominibus. | Vos estis lux mundi. Non
potest civitas abscondi supra montem posita.
15 neque accendunt lucernam, et ponunt eam

5 [3] Is 57, 15; 61, 1; 66, 2. L 4, 18 | [5] Ps 36, 11 | [4] Ps 125, 5. 6. Is 61, 2. J 16, 20. Apoc 7, 17. 21, 4 | [8] Ps 23, 4. 2 Tim 2, 22. Heb 12, 14. 1 J 3, 2. 3 | [10] 2 Tim 2,12. 1 Pt 3, 14 | [11] Heb 11, 26. 1 Pt 4, 14. 16 | [12] Act 5, 41. Rm 5, 3. Heb 10,34; 11,33—38. 1 Pt 4, 13 | [13] Mc 9, 50. L 14, 34. 35 | [14] Eph 5, 8; Phil 2, 15; J 8, 12; Apoc 21, 10 | [15] Mc 4, 21. L 8, 16; 11, 33.

Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ 5 c 5—7: L 6,20—49.
καθίσαντος αὐτοῦ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ
αὐτοῦ· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν 2
αὐτοὺς λέγων·
Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν 3
ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακλη- 4
θήσονται.
μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσιν 5
τὴν γῆν.
μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιο- 6
σύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.
μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. 7
μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν 8
θεὸν ὄψονται.
μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι [αὐτοὶ] υἱοὶ θεοῦ 9
κληθήσονται.
μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι 10
αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξω- 11
σιν καὶ εἴπωσιν πᾶν ῥῆμα πονηρὸν καθ' ὑμῶν
ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε καὶ ἀγαλ- 12
λιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς· οὕτως γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς
πρὸ ὑμῶν.
Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας 13
μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει
ἔτι εἰ μὴ βληθὲν ἔξω καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν
ἀνθρώπων. Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. 14
οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κει-
μένη· οὐδὲ καίουσιν λύχνον καὶ τιθέασιν αὐτὸν 15

5,5. *4* > Tat D 33 lat^{pler} sy^{c} | *4 πενθ.*] + *νυν* ℵ^{o} 33 sy^{pal} | *9* om. *αυτοι* ℵCD al. lat sy^{p} | *11* > *διωξωσιν ... ονειδισωσιν* Tat D 33 h k sy^{c} | om *ρημα* ℵBD lat sy^{cs} | om. *ψευδομενοι* D b c g^{1} h k Tert sy^{s} | > *καθ υμων παν* D h k sy | *εμου*] *δικαιοσυνης* D a b c g^{1} k, *του ονοματος μου* sy^{cs} | *12 τω ουρανω* D al. a b k Tert | *υμων*] + *οι πατερες αυτων* U b c(k) Tert sy^{cs}

ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμ-
16 πει πᾶσιν τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. οὕτως λαμψάτω τὸ
φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως
ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα καὶ δοξάσωσιν τὸν
πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
17 Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον
ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι ἀλλὰ
18 πληρῶσαι. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ
ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ
μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένη-
19 ται. ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων
τῶν ἐλαχίστων καὶ διδάξῃ οὕτως τοὺς ἀνθρώ-
πους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν
οὐρανῶν· ὃς δ᾽ ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέ-
γας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.
20 λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ
δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρι-
σαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν
21 οὐρανῶν. Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις·
οὐ φονεύσεις· ὃς δ᾽ ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται
22 τῇ κρίσει. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζό-
μενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ ἔνοχος ἔσται τῇ
κρίσει· ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακά,
ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ μωρέ,
23 ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. ἐὰν οὖν
προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον
κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ
24 σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ
θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι
τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ
25 δῶρόν σου. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ
ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ᾽ αὐτοῦ· μή ποτέ σε
παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ καὶ ὁ κριτὴς τῷ
ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ· ἀμὴν λέγω
26 σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν

